



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 2. Quomodo non venerit, vocare iustos sed peccatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

miser cordia vestra, intelligitur semper, qua vos misericordes estis. Deinde, optima comparatio misericordiam volo, & non sacrificium, nominat enim, quae praestari ab ipsis vult, sacrificium ad eos pertinet, quaeque sunt facienda; & dura comparatio est. Malo ipse misericordiam meam, seu ea mihi magis placet, quam vestra sacrificia, qua de re nulla poterat esse controvērsia. Tertio docet id quod adiungit, & scientiam Dei magis quam holocausta offerre. Quis dubitat agi de fide & cognitione Dei, quae hominibus datur, non quae se Deus cognoscit? ut ergo scientia hominum praefertur holocaustis, ita quoque caritas sacrificiis. Quarto consequentia hoc ipsum ostendunt. Misericordiam, & scientiam requirit, illi contra praeviaricati sunt pactum; Galaad civitas operantium idolum, & quasi sauces virorum latronum. Quinto ita Aug. lib. 10. Civit. c. 5. & l. b. 20. contra Faustum c. 16. Theoph. alii, ita soler loqui Isa. 1. *Quo mihi multitudinem victimarum vestrarum?*

Homo erga hominem benignus esse debet.

Sic Tertullianus aduersus Marcionem l. b. 2. *Vsq̄ adeo iustitia etiam plenitudo est, diuinitatis ipsius exhibens Deum perfectum, & patrem & Dominum: Patrem, clementia; Dominum disciplina. Patrem potestate blanda; Dominum seuera. Patrem diligendum pie, Dominum timendum necessitate. Diligendum quia malit misericordiam quam sacrificium: & timendum, quia nolit peccatum; Diligendum quia malit penitentiam peccatoris, quam mortem: & timendum, quia nolit peccatores sui iam non penitentes. Ideo lex vtrumque definit. Sexto. Huic loco accommodatur optime. Pharisei damnabant publicanos, nolebant cum illis Christum conuersari, se autem iustos esse, sua sacrificia Deo accepta, itaque odium magno contemptuque in eos flagrabant. Hos Christus monet, magnos peccatores habendos ab homine ut aegros, benignitatem in illos exercendam, id sibi gratius esse, quam cumulare sacrificia. Itaque Christus obuiuentibus familiaritatem cum peccatoribus, vicissim exprobat odium, & misericordiam erga eos, ut si miserum domo exigat auarus, & indigne ferat, ab alio exceptum, ille vicissim obieceret malevolentiam, & erga miseros sauitiam.*

Pharisei erga peccatores duri, & contumeliosi.

QVÆSTIO II.

Quomodo non venerit vocare iustos sed peccatores?

S. 1. **P**rimo de lectione constitendum est. Graeci codices habent *eis uel uocatis*, sed hoc loco illud non est, sed apud Luc. c. 5. 32. Syrus & Hieronym. c. 5, & c. non habent. Franciscus Lucas ait: *ut a plerisque libris, ita ab omnibus bonis praeferitur, idem tamen scietur in Graecis haberi Parisiensium.*

S. 2. Hinc constat cum Lucas plura dixerit, ex eo intelligendum Matthaeum; Nam vocari peccatorem a Christo erat vocari ad penitentiam. Itaque hic facile intelligitur, quare iusti non uocentur ad penitentiam, quia iam iusti sunt: Vocabat autem eos conuertendo. August. contra Crescon. l. 2. c. 9.

Hec conuersio uoluntatis repente mutatur, non solum in tentio peccatorem; uerum etiam in cruce latronem. Nisi putas quod Christus in paradiso secum uolisset cruentum sceleratumque hominem, si non cordis illa conuersio continuo faceret innocentem, ut eo die ex eo loco, ex eo ligno transiret ad immortale fidei premium, in quo exceperat mortis pro iniquitate supplicium. Sive enim ad malum sive ad bonum paruo momento animus commutatur, sed non ideo paruum est, quod meretur. In ipsis corporalibus & temporalibus panis & benefici Mutatione eius diuinitatem quamlibet aetatem uniuscuius interimit, & ad Christum triginta & octo annorum aegritudinem mox ut Dominus dirigitur. gnatus est tubere sanauit. Crede certe rebus, non uerbis inani-

Peccatores uocantur ad penitentiam.

bus. Mutati ad nos uestri transeunt, absit ut ipsi sint qui fuerunt. Quod uinam & tu facias, & quam uerum sit in te tibi credas.

S. 3. Sectarii nullum esse iustum, ideo rideri Phariseos existimant. Sed erat iustus Zacharias, Elisabeth, aliique, & illiam uocati erant, suo tamen modo ad penitentiam pro quotidianis uocantur.

Pergunt: Si soli peccatores admittuntur, quid per fiditias iustitias aditum quærimus? lib. 13. c. 14. 5. nulla opera ad iustitiam faceret.

Videtur hic agi tantum de Christi misericordis benignitate qua uocat, ait enim uolo misericordiam, ideo ex misericordia ueni uocare, non iustos & sacrificantes, sed peccatores, causam enim reddit, cur misericordiam uelit.

Respondeo 1. Illa uerba quasi per parentem in terponi, causam reddi, non cur uoluerit misericordiam, sed cur medicus accedat aegros; Nam apud Lucam uerba Prophetæ omittit, & tamen addit, *non ueni uocare iustos, & quamuis non addat, enim, tamen subintelligendum est. Ita apud Marcum. 2. 17. Non ueni uocare sanos, sed qui male habent: non enim ueni uocare iustos, sed peccatores.* Itaque Marcus causam reddi, cur medicus non sanos; sed aegros accesserit, ostendit.

Resp. 2. Non dixisse se, non uenisse uocare iustos, quod quidam se iustos putarent, nec essent, nec secutus essent: Nemo per se iustus, aliqui Dei beneficio iusti sunt. Non uocat iustos ad penitentiam.

Propter peccatores ait uenisse, ut 99. iustos reliquerit. Ita hic sane etiam: si nemo iustus, tamen uenturus, hinc si Adam non peccasset, non uenturus. Quorundam est interpretatio, potius uenisse causa peccatorum, quia nisi peccatores fuissent, non uenisset Christus, non igitur illorum consortio arceri debuit, propter quos uenit. Verum hac de re alibi.

S. 4. Cum ergo multi sint peccatores in mortalibus delictis constituti, nonnulli Dei uocatione & gratia ante Christi praedicationem iustificati, hi tamen & ipsi sunt uenialiter peccatores. Christus uenit autem uocare ad penitentiam gratiamque peccatores, iusti enim iam uocati erant, quemadmodum oues non agnata non quærebantur, sed habebantur; nam de prima uocatione agitur, qua uocantur ad penitentiam, igitur de uocatione eorum agitur, qui ex tra Dei gratiam erant, inimici scilicet & nondum regenerati, qui cum plurimi essent, propter ipsos uenit moriturus. Consuetudo autem Hebraeorum est, ut in comparatione, qua unum alteri praefertur, id cui praefertur, negent. Reg. 8. Non te abecerunt, sed me, ita hic quoque accipiendum est. Primaria enim causa erant peccatores. Nemo non redemptus est a Christo.

S. 5. Nota est hoc loco ratiocinatio Wollgangi Musculi, ad respicientiam uocatos dicit, non ad satisfactionem; quid autem sit respicientia exponit; ait enim, esse ipsam fidem. Nos è contrario dicimus, ad penitentiam uocatos, etiam uocari ad satisfactionem; nam penitendo, dolendo, bene agendo satisfactionem faciunt, quando superest temporalis poenae reatus. Quod uero respicientiam fidem esse arbitratu fœdæ inter ipsos etiam ignorantia indicium est. Respicientiam enim illi conuersionem ad bonum, non est credulitatem definiunt. Nam fidem praerequirunt ad iustitiam; debet enim imputari ad iustitiam: esse ergo debet ut impetetur. Natura autem prius est esse, imputari id quod est, eo, cuius est, posterius est. Penitentiam autem ipsi rigidi, se qui iustificationem; Hominem enim iustificationem agere penitentiam. Ita Si brandus contra Vorstium, & inter eius errores illum recenset: *Errore 89. Beza tamen. Rollocus, alii, penitentiam*

nitentiam præcedere volunt, sed fidem tamen esse nolunt.

§. 6. Verba Christi fulmina sunt aduersus Sibrandum Lubbertum, qui in declaratione sua contra Vortium pag. 50. docet. Resipiscenciam nostram non esse causam, sed effectum, nec antecedentem, sed sequentem esse iustificationis, & humanum commentum esse, Deum nobis decreuisse salutem si resipisceremus. Et pag. 53. Seruat nos Deus ex proposito suo, ergo non ob impletam penitentia conditionem. Et, Deus seruauit nos non ex operibus nostris, ergo non seruauit nos ob præcedentem penitentiam.

Primum igitur hic penitentiam seu resipiscenciam vocat opus ideo à fide distinguit, præsertim cum effectum iustificationis esse dicat, cum fides non sit effectus, sed secundum omnes aduersarios. Quod vero sine conditione penitentia saluos fieri dicit, impium est; Dominus enim conditionem semper apponit. Cur enim vocat ad penitentiam nisi illa opus est ad salutem?

Contra Wolffgangum Mufcalum est Andreas Matuculus, in locis de fide: Caluinus Inst. 3. c. 1. Beza Epist. 20. alique. Salutem vero non dari sine penitentia Scriptura testatur, & veterum est concors sententia. Loca quibus hoc probetur adducere non est necesse, sua in serie singula exponam.

VERSUS 14.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, dicentes, Quare nos & Pharisei ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant?

QUESTIO I.

An Christianos ieiunare oporteat?

§. 1. DE ieiunio quarunt occasione coniuuii, vt eos quoque modo infestet. Nec enim inuidia villo bono pacatur, sed tantummodo eius infelicitate, cui inuidetur.

Christus duobus modis respondit. Primo non conuenire suis discipulis ieiunium; deinde duabus idem familiaribus exponit.

Non conuenire filiis sponsi, quos vocat *filios thalami* seu nuptiarum. Ita Syrus vocat filios *בני חתונה* degenant, filios thalami, non conuenit illis *לוגרי* lugere, Syrus hic ponit *ieiunare*, quemadmodum Marcus & Lucas, itaque verumque dictum est, *Lugere, & ieiunare*, Sponsus est Christus, sponsa Ecclesia. c. 22. 2. & 25. 1. & Apocal. 19. 7. & Ioan. 3. 29. *Qui habet sponsam, sponsus est; amicum autem sponsi, qui stat & audit eum: gaudium gaudet propter vocem sponsi.* Ad illa enim verba Dominus alludit.

De domesticis itaque sponsi agitur, & focii, quales erant Iudic. 14. 12. dati Sampsoni.

Hinc concludimus ablato Domino ieiunia & penitentia in Ecclesia vitatas merito esse. vide art. 13.

Contra obicit Piscator. [Inepre hinc colligi ieiunium quadragesimale, vt impleatur quod Dominus dixit olim enim impletum fuit, cum Apostoli lugerent, Domino capto & occiso. nec loqui Dominum de ieiunio, quod certo consilio suscipiatur, sed quod ieiunius præter spem obortus vltro paritutus sit.]

Et Iulianus non opus arcescere ieiunium & ieiunium, sponte venturum, & l. 4. in tit. c. 12. n. 17. tantum calamitosus temporibus destinat. [Rursum, inquit, si grassari incipit vel pestilentia, vel fames, vel bellum, aut si quæ cladis imminere aliis regioni ac populo videtur: Pastorum tunc quoque officium est hortari ad ieiunium Ecclesiam, quo suppliciter iram Domini deprecetur. Se enim ad vitione apparari, & quodammodo armari

Adami Conzen in Euang. Tom. I.

denuntiat, vbi periculum apparere facit. Qualiter igitur promissa barba, impexo capillo, pulla veste, simpliciter se olim demittere rei solebant, ad conciliandam Dei tribunali, eius seueritatem miserabili habitu deprecari, tum eius gloriæ interest ac publicæ edificationis, tum nobis quoque ipsis vtile ac salutare. Atque id quidem vstratum fuisse in populo Israelitico, ex verbis Ioëlis colligere promptum est. Nam quum imber canituba, conuocari carum, iudici ieiunium, & ea quæ sequuntur: loquitur vt de rebus communi consuetudine receptis. Paulo ante dixerat, de flagitiis populi constitutam esse quæstionem, ac iam imminere iudicii diem nuntiauerat, reosque citauerat ad dicendam causam, deinde vociferatur vt properent ad faccum & cinerem, ad fletum, & ieiunium: hoc est, vt externis quoque testificationibus se coram Domino prosternant. Cinis quidem & fæcus illis forte temporibus magis conueniebant: Sed conuocatio & fletus & ieiunium, & quæ sunt his similia, non dubium, quin ad nostram quoque ætatem similiter pertineant, quoties ita rerum nostrarum conditio postulat. Nam quum sanctum sit exercitium cum ad humiliandos homines, tum ad humilitatem confitendam; cur eo minus vtamur, quæ veteres in simili necessitate? Legimus ieiunasse in signum mæstitiæ non modo Israeliticæ Ecclesiam, verbo Dei formatam ac constitutâ, sed Niniuinas quoque, qui nihil doctrinæ præter vnicam Ionæ prædicationem habebat. Quid causæ est igitur cur nos non idem agamus? At externa est ceteronia, quæ finem in Christo vna cum aliis accepit. Imo hodieque optimum fidelibus adminiculum est, (vt semper fuit) & vtilis admonitio, ad seipfos excitandos, ne sua nimia securitate & focordia Deum magis ac magis pronocent, dum eius flagellis castigantur. Proinde Christus, quum Apostolos suos excusât, quod non ieiunent, non dicit abrogatum esse ieiunium: Sed calamitosi temporibus ipsi destinant, & coniungit cum luctu. Veniet, inquit, tempus, quum auferetur ab illis sponsus.]

Mala vel sua nouitate interpretatio. Dominus enim loquitur de ieiunio, quod Apostoli suscepturi erant, eo modo, quo discipuli Ioannis, illi vero sponte susceperunt, non occasione luctus, licet præcepto Ioannis.

Deinde causam cur non ieiunent reddit, quia nuptiæ sunt, quibus importuna res est ieiunium. quibus opponit dies, quibus ablatus sponsus, *tunc ieiunabunt in illis diebus.* Cyrillus tempus apparitionis Christi fuisse veluti festum & nuptias, quibus diuinæ hypostasi, humana natura iungebatur. Non est legitima excusatio, si dicat fore vt præ tristitia ieiunent. Deinde causa apud Marcum redditur, quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare.

§. 2. Melanthon quidem duplex ieiunium describit, vel cū sobrie viuunt, vel quia cibus, aut appetitus deest, hic tristes ieiunasse discipulos ablato sponso, at contra scribit Lucas c. vlt. Apostolos cum ingenti gaudio rediisse Iero solymam, & act. 2. *sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis.* Neque tristitia ieiunabant, cum imponent manus Paulo & Barnabæ.

§. 3. Ieiunium pro luctu, & luctus pro ieiunio ponitur, Pharisei & discipuli, de proprio ieiunio intelligebant. Hier. in Luc. 5. Videtur ieiunium non nisi peccatoribus indicere. *Quamdiu, inquit, sponsus nobiscum est, niunt ieiunium & in luctu sumus, nec ieiunare debemus, nec lugere. cum autem ieiunium ille a nobis discesserit propter peccata, iudicandum ieiunium, luctus suscipiendus.* Sed fatetur se iuxta tropologiam exponere. Neque negat constitutis temporibus ieiunandum, sed sæpe vrget ieiunia, verum tantummodo demonstrat peccatoribus conuenire præcipue luctum & ieiunia. Hilar. etiam can. 9. & Amb. Luc. 5. de Eucharistia tropologice interpretantur.

QUESTIO

DAMIS G...
in
Euang...
CVI
181

Sancti
Oris
Propri
Pec
Discipuli
Ioannis
Pharisei
Primo
Præcepto
Pec
Fides
E
Pec
Calu
Hic